

*Disseratio
Sistens
Theoriam Mentis Humanæ
Revelatione Exultæ,*

Cujus
Partem VI.

Consens. Max. Vener. Facult. Theolog. Aboëns.

PRÆSIDE

JACOBO BONSDORFF,

S. S. Theol. Licent. & Profesj. Reg. & Ordin.

Publico examini modeste offert

Respondens

ARVID JOH. SIRELIUS
Viburgenfis.

*In Aud. Phys. die XIII Jun. A. MDCCCVII.
H. P. M. S.*

ABOÆ, Typis Frenckellianis.

À MONSIEUR
JEAN EVERHARD LÖVING
MAJOR DANS L'ARMÉE CHEVALIER DE L'ORDRE DE L'ÉPÉE.
MEMBRE DE LA SOCIÉTÉ ROYALE PATRIOTIQUE DE STOCKHOLM
ET DE CELLE D'ÉCONOMIE DE FINLANDE.

Mon tres-gracieux Oncle!

*En osant Vous dedier ces feuilles, c'est la bonté dont
Vous m'avez donné les marques les plus précieuses, à la
quelle je viens m'adresser de nouveau, et j'ose Vous sup-
plier, Mon tres-gracieux Oncle que dans l'offre que je Vous
fais & dans l'aveu public de vénération & de gratitude
que m'imposent Vos bienfaits, elle ne digne voir que l'effet
d'un respect sans bornes & celui d'une reconnaissance que
ne finera jamais. Je suis*

Mon tres-gracieux Oncle

*Votre tres-humile & tres-obéissant
neveu*

A. J. SIRELIUS.

mento judicare. A pristinis enim immo diurnis reputata sensim vitæ infirmitatibus, atque ad meliorem conversa cogitandi sentiendique modum humana mens, nihil sentiet apud se sanctius nihilque jucundius, quam indies ad sanctitatem omnem perfici, hoc vero est, purissimo amore & intemerata fiducia supremi Numinis recolere per Christum in primis collata beneficia, præcepta atque promissa, quæ omnia in fide christiana quasi in centro collineant. Est hic omnino fiducia & amoris sensus, quem fundamenti loco in universa morum christianorum jure ponimus doctrina, quo sublato, non nisi lentius ad sanctitatem componi mores possunt, neque habebunt, quo dignitatem tuebuntur suam. Atque ne de nro retractemus, quæ antea (§. X) de moralitatis ultimo disseruimus principio, immotum censemus & longe perfectissimum, quod religio christiana suppeditat, vitæ transigendæ fundamentum, practicæ rationi adeo analogum, ut vix suspicandum esset, philosophiam plus ultra ascen-

Q

dere

gant, ii quidem sensuum extenorū eodem modo per negare possent & testimoniorum certissimorum veritatem, Atqui his sane utuntur ratiocinandi artibus Rationalistæ, quin ex tripode velut & oraculi instar pronuntient, naturam ipsam & rationem humām sibi etiops sufficiere ad omnigenam moralitatem tuendam perficiendamve, omnia vero cetera instituta Divina supervacanca esse, hincque nec expectandam neque probabilitate gaudere supernaturalem quandam revelationem sive ejusdem demonstracionem; quibus præmissis non dubitant, omnia non modo antiqui orbis documenta, ubi de extraordinariis agant satis, ad fabulas referre, verum etiam miracula Christi verisimilitudine sua privare; atque cum historici ipsa fides, Evangelistarum reservata scriptis, multum facessat negotii, hermeneuticam verborum omni modo torquere certitudinem opus erat, ut de dubiis haustæ fontibus hæc fabula scilicet Christianæ viderentur, aut ad naturales causas reduci omnia possent, quemadmodum BAHROTIUS dum, postea vero Henr. Eb. Gottl. Paulus Commentar. d. Evangelisten, temere in animum induxerunt.

dere posse. Quæ enim esset legis sanctitas remoto auctore legis; unde hanc normam ediscerent mortales melius, quam ex auctoritate & testimonio Divino? Quis obligandi omnem dedit vim legi naturæ, aut legislatorem manifestavit alias, quam summus ejus internuntijs? quis sublimiora dedit, ad omnem vitæ lectandam sanctitatem, motiva, atque qu's ex omni antiquitate pleniori lucem & auctoritatem Divinis impertit legibus, quam hic ipse humani generis restaurator (f). Quodnam majus

f) Egregie LOCKE Reason bleness of Christ, Rel. p. 523 sq. "where was there any such code, that mankind might have recourse to, as their unerring rule, before our Saviours time. — Thus the whole stock of human knowledge, is claimed by wery one as his private possession, as soon as he has got into his own acquisition. He studies and takes pains, to make a progress in what other have delivered, but their pains were of another sort, who first brought those truths to light, which he afterwards derives from them. — The credit and authority our Saviour and his Apostles had over the minds of men by the miracles they did, tempted them not to mix any conceits, auy wrong rules — in their mora lity. — Quæ quam egregia sint & cum veritate historie: consentientia monita, perspicuunt quotquot ad simplicem intelligentiam omnia revocare & sine fastu quodam aut fanatico univerlam rem examinare voluerint, neque in scepticis sive idealisticas nugas se abripi passi fuerint. In ipsi enim Divina voluntate & auctoritate, leges morales hominibus præscribendi, cœruntur fundamentum actionum quarumlibet esse iactum ultimum; neque satis mirari possumus, nonnullios Ethice Christianæ doctores temere ex hoc resiliuisse principio ad aliud quoddam ex practica ratione derivandum, quasi ratio ipsa humana Divine rationis ac sapientiae causa eset habenda. Saltem non possumus sensum verborum Celeberr. STÄUDLIN in suo: Grundris d. Tugendlehre, §. 47. vindicare: *Die durch unsere vernunft a priori uns vorgeschriebene Gesetze, können auch als Gesetze Gottes betrachtet werden, insofern sein durchaus heiliger wille für alle Gesetz ist, nur muss man ihn nicht als den Urheber dieser Gesetze betrachten; denn in diesem falle würden sie aufhören, natürliche Gesetze zu seyn und positive werden. — Vielmehr müssen wir uns Selbst durch unsere Vernunft als*

majus ad veram perfectionem incitamentum, quam sublimis illius exemplar vita, hominum quorumcunque longe superius experientia. Quid humanæ naturæ maiorem conciliabit dignitatem, quam perfecta & Ejusdem ad normam instituta vita ratio universa? Ut enim verum est, morum omnem vim & præceptis & exemplis

Q 2

in-

Eigene Urheber dieser Gesetze betrachten, mit welchem auch der Götliche Wille übereinstimmt. Man kann sagen dass ein Gesetz Götlich sey weil es uns unsere Vernunft vorschreibt, und dass uns Gott keine Gesetze gebe, als solche, die uns unsere Vernunft gibt. Atque cum deinceps vere omnino doceat §. 56. — "Die welche den Willen Gottes thun werden allein für würdige glieder des Reihes Jesu ausgegeben; der willte Gottes wird als der Erkenntnissgrund des Moralgesetzes beschrieben Joh. 5: 17. 19. 30. — Die Lehre Jesu enthält den erklärten willen Gottes. . . . Mox tamen inconsequenter satis & ex Critico Philosophemate statuit: Daraus folgt aber nicht, dass der Wille Gottes überhaupt und für jedermann dass höchste Wissenschaftliche Princip der Christlichen Moral seyn sollte. . . . Conf etiam §. 60. Mirum vero in modum torquere se se solent atque res simplicissimo ex sensu humano cognoscendas & diversissimas inter se confundere; scilicet fundatum Moralitatis, Principium ejus cognoscendæ, atque fineum. Tria quippe hæc momenta ubi rite exponantur, nihil tantisper relinquent ambigui, neque rixandi ans. m atque materiem.

Discrimen quippe boni & mali sive Moralitatem omnem & Divina suprema constitutione & voluntate sola pendere, quis obstinatus negabit? adeoque Dei voluntas absolutum est actionum omnium fundamentum.

Principium vero cognoscendi hanc Divinum voluntem, lesque Morales omnes, duplex est, aut ex ratione hominis & experientia petendum, aut ab externa quadam & extraordinaria Dei institutione, revelatione & auctoritate. Finis porro sive consilium universæ Moralitatis non potest non esse humana felicitas & perfectio, quam qui negaverit verbis & ratiociniorum imaginibus, eam tamen sensu & facto in omnibus humanis rebus spectari videbit.

inesse, ita quoque dubio caret, religionem nostram hæc duo momenta præcipue continere, quibus omnem antecellat & antiquiorem & recentiorem philosophiam; nimirum testimonium Christi Divinum & exactissimum ejus vitæ exemplum. Atque quum certum sit, moralitatis omnis veritatem Divina nisi auctoritate, non est ex summis christianæ doctrine recedendum principiis, aut ad alia provolandum fundamenta precaria. Philosophiam de cœlo velut arcessisse fertur Socrates, quia meliorem populares suos edocuit morum theoriam, sed ipse intramediocritatem hærebat, in multis quidem vacillans, nec fidem magnam aliis facere potuit, quia auctoritas humana ut plurimum sibi cedit aliorum, nec satis exemplo exprimi potest, obstante summa mentis fragilitate. Envero simplicissimam Christi præceptionem de sanctitate tenuenda, de voluntate Dei & ejus auctoritate summa, quæ fidem humano generi non potuit non facere, eam quidem ob causam, quod omnes cernerent summam ejus eminentiam, nec dubitare possent de cœlo emissum esse, qui tam præclaram præscriberet vitæ normam. Addit vero cumelum his gentium plerarumque & philosophorum, Christi nomini sese addicentium, ratiociniist, quod consummatam vitæ tantam perfectionem nemo antea viderit nec audiverit in ullo mortalium, qualern in Christo ipso viderant ejus coævi, aut graphice depingebat ipsa ejus historia, de cuius veritate ne ipsi quidem ejus inimici invidiose ambigere possent. Quid ergo! Hoc testimonium Christi, hoc ejus vitæ exemplum infringet aut sollicitabit philosophia quedam recentior, quæ ipsa tamen, ut ad oculum patet cuivis, omne hoc robur moralitatis in succum & sanguinem sibi, ingrata satis vertit, gloriam inventionis omnem sibi vindicatur? Esto vero, quod faciles largiamur, pleraque morum præcepta naturali hominis patere menti & sensui s. experientiæ; nullana tamen eadē inde sortiri auctoritatis, quod testimoniō

rio Christi & vita ejus exemplo sint munita, quis est qui pertinacius postulabit? Hæreant vero, qui ultra sapere gestiunt, diu satis in controversiis suis otiosis ac cavillationibus, multosque in partes suas trahant imprudentes, nihil tamen contra communem hominum sensum & historicam religionis nostræ valebunt fidem.

Est vero fides Christiana, generaliori suo summa sensu, practica mentis persuasio, siue studium Deo confidendi ac placandi in omnibus, quæ nobis per Christum tradidit, beneficiis, promissis atque præceptis. Quo suo latissimo & vulgatissimo usu omnia complectitur excellentissima veræ perfectionis stamina, siue universum virtutum & officiorum ambitum (g); strictius autem ubi summaratur fides, amorem exprimit atque fiduciam, e qua tanquam fonte omnia cetera derivare officia difficile non erit. Qui enim iusta imbutus Divinatum perfectionum & beneficiorum in Christo conspicendorum notitia, hanc ad praxin deducere admittitur, animi sui sensum ac mores inde compositurus, sentiet sane totum sese ex Divino pendere arbitrio & amore; confidenter acquiesceret Santissimi Servatoris universo beneficio, quod non modo in vita verum etiam morte sua paravit, omnia ejus amare ac revereri discebat egregia in genus humanum beatandum infinite collata beneficia, atque tanti ducis amore incitatus, ad omnia ejus præcepta observanda promissimum sese præbebit. Quernadmodum enim in domestica regenda vita, nihil superat temeritatem, quo invicem conjuncti sunt homines, amorem, ita Moralitas summam formabunt ideam Christiani ex fide & amore in Christum; quodcumque autem ex hoc non proveniat amandi

g) Cf. SPALDING Nuzbarkeit des predigtams. Koppe Excurs. VI. Epist. Paul ad Galatas. set.

amandi & confidendi studio, vitiosum est. Huc omnia nostra desideria, consilia, vires & adminicula vitae erunt referenda (b).

Vi-

b) Discrepant quidem nostrates Theologi ad uendum in stabilienda vera non solum fidei salvificæ notione sed etiam ejusdem cum felicitate Christianæ connexione. Qui enim eam utpote passivam quendam habent animi conditionem, certissima fiducia beneficia Christi amplexus, originem potius & causam quam naturam ejus definire videntur, verbis quam re ipsa ab aliis disidentes. Sed quamquam negari aequusat, Divinam gratiam in fide, amore atque pietate universa excitanda conservandaque maxime conspicuum esse, minus tamen convenit, hos aliosque animi sensus passivo tantum in se tu considerare, quam ipsa experientia & librorum Sacrorum auctoritas hos ipsos sensus, tñquam actu ipso in animis Christianorum existentes & efficaces, proponat. Jam autem alius est animi habitus in ipso recipientia aut conversionis primordiis atque transitu ad novam obedientiam, alius in quotidianaæ sanctitatis statu; seu quod idem est: aliter cogitantem, sentientem atque agentem ponamus necesse est peccatum, qui ex pristina sua servi ute per penitentiam restitutus fuerit ad meliorem vitam, aliter vero pium Dei Christique cultorem, cui animi ac vita scandimonia diu iam in deliciis fuerit. Non enim eodem sensu amoris uterque Deum & Christum amplecti poterit. Ille trepidans ad Divina beneficia & leges stupet, probe memor anteaœ sue vite tristissimæque conditionis, hic vero in continuo sanctitatis studio gaudium percipit dulcissimum; Ille, antequam amare Deum rite possit, fiducia & spe ingeneranda sibi sentit opus, ut remissionem peccatorum obtinere possit, adeoque in promissionibus Divinis atque beneficiis Christi, salutem omnigenam spondentibus, omni cum fiducia hæreat, acquiescat oportet; hic autem, licet iisdem in promissionibus meritisque Christi recolendis quoque constanter fæse mansurum esse obstrinxerit, animatum fæse sentit vividissimo ac fortissimo amore in Deum & Christum, quia dulius jamjam animi totius vires, Divina moderante gratia, in studio hocce pietatis, Deo ac Christo placendi, exercuit. Sequitur hinc, in ipsa restitutione mentis morumque, fiduciam in Christum benefactorem, primum esse omnium bonorum motuum Principium; post vero haec jacta emendationis fundamenta, amoris incitatissimi affectus non potest non ad perfic-

Videamus primo virium & facultatum nostrarum cum fide connexionem. Ut nullis limitibus circumscripta est Divina in nos bonitas, ita amorem in eum nulli terminabunt virium fines sed in continuum se extendent exercitium. Quocunque enim nobis concessit sapientissimus creator virium, morali nostræ naturæ inhærentium, id omne ei acceptum est referendum; neque tantum exterioras omnes actiones, sermonem & gestus, verum quoque internum affectum & mentis omnes commotiones, cogitata, ad amorem Dei & Christi quasi ad Lydium lapidem referre, totamque vitam utpote Dei cultum censere convenit. Valde autem per sensuum dominium debilitatis facultatibus nostræ mentis, lætissima est summaque fiducia arripienda spes, Divinam nobis non defuturam gratiam in excidandis & confirmandis iis sensibus, quos immensus ejus amor jam animo obtulit; qua quidem arrecti spe longe felicius in morum verfabimur studio.

Desi-

ciendam mentem suboriri ac velut omnium sensuum dux dominari. Rite ergo & ad praxin Christi norum accommodate statuerunt Theologi, fidem solam esse salutis adminiculum sive conditionem, nec generari unquam posse amorem &, qui cum hoc amore conjunctissimus est, nitem Deo placendi, nisi praecesserit vera penitentia fidesque in Christum. Quum vero sanctissimus Servator sapis fidem & amorem promiscuo quasi jure commendet utpote fontem emendationis & sanctitatis, atque fiducia ipsa, qua promissionibus Divinis pariter. e morte Jesu expiatoria sequefscimus, pars quedam sive demonstratio amoris intimi sit; quumque porro iensis Christianorum, e peccatis renascentium ac indies in concupiscentia quavis renovandorum, impliciti sint adeo, ut certo non semper definiri possit, quis primitivus sensus animi instaurati fuerit, si es sive amor, uterque uteus sensus nonnunquam eodem fere generetur momento; nihil ergo obstatre putamus, quin amorem in Christum, generalissimo suo sumum sensu, adeoque cum fiducia conjunctum, pronuntiemus esse veræ virtutis Christianæ originem & conditionem, sine qua salus per Christum parta obtineri nequeat.

Desideria porro nostra & consilia per hunc anaorem
consecranda esse, sivadet ejus natura. Ut enim nihil ef-
flagitare aut expetere sanctius unquam poterit animus hu-
manus, quam ad sublimem Dei perfectissimi sensim ad-
scendere imaginem lectandam; ita nihil est ad affectus
omnes nostros alendos accommodatius, quam hic amoris
& fiduciae sensus; quo quidem consolopito, quid amplius
est quod animum impleat totum aut erigat? Vitæ quo-
que nostræ eventus sive fortunatos sive tristiores eodem
hoc amoris sensu exhilarari, firmari & mitigari, quis
non expertus est? Habet enim hoc secum religio Chri-
sti, ut providentissimi Numinis nobis aperiat immensam
bonitatem, ejusque præsentiam nobis jugiter adumbret,
quanquam infinitam ejusdem sapientiam in ipsis consiliis
non semper aut rite assequi possumus. Proferant vero,
qui ratiocinis tantummodo philosophicis indulgent, uberi-
orem vel solidiorem materiem solatii ex ipsa videlicet
necessitate rerum aut absoluto quodam rationis imperio,
næ id tamen omne vitæ nostræ non explicabit ullo mo-
do fata, neque modum tradet, quo tantam eventuum
diversitatem æquo ferre possumus animo.

Quomodo autem hic amoris sensus vim suam in
universam exlerat morum sanctitatem, hæc vero iterum
latius sese diffundat per vastissimum campum officiorum
erga Deum, nosmetipsos & alios, non est quod uberioris
h. l. persequamur; nec est quod ex historia antiquioris
ævi argumenta aut exempla producemus, pro d mon-
stranda virtutum Christianarum excellentia, sive causas
earundem & originem, sive modum ac motiva respexe-
rimus. Satis est tenere, omnia nostra officia tanto for-
tiora esse, quo vividius menti semet ipsa offerant, tan-
toque nobiliora, quanto alacriori e studio, Deo placendi,
ortum ducant. Deo enim parendum esse, quia omnes
seas ad salutem nostram attemperaverit leges, brevis est
sed

sed auctoritate summa conspicua præceptio; nec criticos ipsos Philosophos tantopere eidem renuntiantes animadvertemus, quamquam, intra limites rationis eandem fategerint restringere, cui tamen negotio historia hominis penitus reclamat, ut area jam eviciamus. In dijudicando autem morum Christianorum habitu, facillimus est transitus ad veram ipsius salutis theoriam, quam potissimum revelationi per Christum, ejusque adeo testimonio debet, dabunt quotquot sollicitius rem universam examinaverint. Ideam vero felicitatis humanæ exhibentes Philosophi, rite omnino judicarunt eandem sensuali voluptati minime inesse, sed totam quantam cum mentis perfectione connexam esse; sapientem ergo & iustum virum felicem esse, quia voluptatem iudicat ex conscientia officiorum ad normam legis & honesti peractorum percipere, atque dolorem omnem sensualem hoc quidem ex Principio mitigare immo suppressimere valeat. Quanquam vero sic teneatur, sapientiam & virtutem solidam humanum beare posse animum, merito tamen postulamus, laudatas has affectiones non ipsam constituere felicitatem, sed instrumentorum instar unice esse censendas ad felicitatem veram conspirantium. Est vero felicitas, in universum spectata, grata & jucunda animi perceptio, doloris atque acerbitatis nescia, sive, summa mentis tranquillitas cum possessione bonorum sensuum conjuncta; unde liquet praefentiam voluntatis quoque omnem doloris absentiam secum ferre & presupponere. Et quamquam difficillima saepius visa sit res, quæ ex analysi metaphysica describatur, omne tamen suum ex communi sensu & experientiæ depromit robur omnemque certitudinem.

Omnis omnino felicitas refertur ad sensus animi nostri, ejusdemque affectus, quibus excitatis percipit animus
R

mus delectationem, lætiam, spem atque tranquillitatem. Ut autem in ipsa sensuali voluptate nulla datur continua felicitas, nulla tanta fortunæ constantia, quæ infinitos nec interruptos gaudii aleret sensus, neque animus noster ipse capax sit iucundissimarum sensationum omnium, quia ipse ex summo gaudio sæpius ad dolorem diverget summum, ita etiam in morali felicitate, de qua jam queritur, constituenda, nulla tanta unquam existere aut perficere poterit immota delectatio ex conscientia beneactorum oriunda, ut ipse debilitatis sensus & quæ inde fibroriatur necesse est, tristitia eum non subsequi quam sepiissime videatur. Est hæc naturæ ipsius, eventuum vitæ nostræ atque ipsius animi summa vicissitudo, ut nihil sit ab omni parte perfectum atque beatum. Quum ergo felicitatem in absentia ponimus doloris, hic vero ex conscientia imperfectionis, immo maleactorum necessario dignatur, indagare juvat, qui sit hic modus, hic mentis status, dolorem omnem expungere valens. Ad apathiam sive insensibilem quandam quietem reducere animum frustra omnino tentatur, quia sensus doloris, ex vera infirmitatis experientia profecti, non posunt non sæpius recurrere, torrentis instar, qui violentius repagula perrumpit (*i*). Pax vero & tranquillitas animi ea demum firma

i) Haud insitandum est, ideam quandum nec saltam de felicitate continenda dari per religionem naturalem, quæ conscientia tranquillitatem ex sensu Numinis jucundissimo, deduceudam esse juber; Pien rī tamen & omnibus numeris bſoluta, quin etiā ab omnibus animi mortibus liberata nullo modo statui potest. Latet enim hominibus in statu naturali constitutis summa certitudo Divini amoris & misericordie, latet modus ad remissionem peccatorum pervenienti, per & propter Christum, latet vera perfusio intime Dei familiaritatis atque præfertie. Qibus rebus deūcientibus, non potest non salutis idea manca & imperfecta

firma est, quæ doloris pungentem stimulum mitigare atque cum gratissima Divinæ gratiæ memoria commutare possit, sive quod idem est, remissionem peccatorum & impunitatem tranquillo recipiat animo. Inquiramus itaque, quomodo his indigentiis generis humani succuratur Christi doctrina. Conscientiam bonorum motuum, desideriorum atque actionum, perpetuo exhilarabit ac nutriet jucundissimus Divini favoris sensus; Deum enim utpote patrem amore plenissimum, nos nostramque vitam complecti ineffabili benignitate, factis vero & cogitatis nostris, Deo placentibus, Divinum beneplacitum nobis contingere quamdiu fiducia eum colamus, verbo, Deum nobis favere, nos amare, id sane primum & longe celsissimum est delectationis nostræ momentum; nec dubium est, pietatem omnem eo nos ducere. Quomodo autem sub conscientia malorum & pravitatis, pacem mentis intemeratam parare, paratamque retinere possumus, altera est quaestio ex indigentia nostri generis sumta, nec ea quidem nullius momenti. Quis vero est, qui gratiam Divinam ac misericordiam in Iesu C. morte plenius patefactam non grata agnoscat mente, remissionem sibi peccatorum inde certissima fide sponsurus. Quis tecum non reputet, hanc animi tranquillitatem fortiter valere ad omnem dolorem exterminandum immo ad summum usque lætitiae affectum saepius adscendere? Atque hoc ipsum est, in quo excellit religio nostra, principium, quod a Divino Numinе omnem removeat vindictæ cupidinem, contra vero ex immenso ejus

R 2

amo-

evadere. Accedit quoque nominatis defectibus, ille haud minus de immortalitate animorum & beata vita futura, cuius spem homines per naturam atque solam sui considerationem non rite formare posunt, sed tantum ex ore Christi sanctissimo promulgatam percipient,

amore recipiscentibus veniam infirmitatis & iniurias
 gratiōe concedi doceat. Superest autem adhuc, sensu
 Christianorum communi id confirmante, aliis fons sum-
 mae felicitatis, qui nimur ex memoria Divinæ familia-
 ritatis & gratiosissimæ præsentia propullulet, quam unio-
 nem cum Deo & Christo constanter quidem & rite
 Scriptores Sacri appellant. Certum quidem est, hanc sa-
 lutis Christianæ partem abstrusam esse, quia modus ipse
 Divinæ præsentia explicari nequeat; inde tamen verita-
 tem facti in dubium vocare nemo in animum inducat.
 In unum vero cœunt hæc omnia salutis nostræ momen-
 ta, ita ut, qui propter peccata sua ferio dolore constrictus,
 Divinam in Christo patefactam gratiam justitiamque re-
 colere didicit, remissionem peccatorum nactus, ad pacem
 redeat cum Deo, eumque intime amare incipiat, amans
 vero ipsique Deo & Christo confidens, omnem lætitiam,
 approbationem, gratiam ac familiaritatem confequatur; &
 quamquam pro diversa salutis materie, felicitatis statum
 varium esse perhibuimus, non inde tamen colliget quis-
 quam, Divini Numinis rationem in beando humano ge-
 nere mutabilem esse aut sibi contrariam. Ut enim amo-
 ris divini inexhausti Specimen est, omnem emendatis
 mentibus adimere dolorem, peccata condonare & de se-
 veritate justitiae remittere, ita longe fortior mitissimi pa-
 tris in eo elucet affectio, quod benignissima sua appro-
 batione pietatem omnem coronare & ad familiarem sui
 consortionem extollere sancte pronuntiaverit. Habebunt
 ergo Christani uberrimam felicitatis adipiscendæ materi-
 em ex Divinorum beneficiorum constanti recordatione,
 sensu ac ineffabili copia, quam ad mentis suæ tranquilli-
 tatem accommodare indies summa cum fiducia posse
 omnes, cujusque certitudinem ex ipsa revelationis, hoc
 vero est, Divinorum testimoniorum ac promissionum
 sanctitate arcessere, conscientia ipsa jubet.

§. XV.

Universum autem humanæ mentis instituendæ, emendandæ atque beandæ negotium, ad Deum ipsum, utpote Auctorem esse referendum, proxime jam erit demonstrandum. Atque habet omnino, id sibi proprium religio ipsa, ut ideam sensumque Summi Numinis ad hominis vitam attemperet dirigendam, nec sine hoc sensu subsistere ullo modo possit; Unde necessaria est consequentia, salutem & perfectionem omnem moralem a Deo pendere. Quia vero naturalem mentis perspicaciam & libertatem, quæ præcipua est actionum humanarum ipsiusve moralitatis causa; multi cum revelationis ipsius & Divinæ gratiæ extollant dispendio, magna opus est circumspectione, ne in illa vindicanda, hanc prorsus subvertamus, ut haud raro factum esse comperimus. Quamquam enim manifestum sit, facultatum nostrarum usum pernecessarium esse ad omnem veritatem virtutemque adsequendam, vires tamen hæ ipsæ morales aliunde non pesunt arcens, quam ex providentissimi Dei constitutione & sapienti Gubernatione Immo vero analogia ipsius naturæ & virium nostrarum conscientia satis sit documentum, quam male actum eslet, si in dimetienda animi facultatum indole, præsentissimi Dei removeremus concursum. Mechanicas enim s. corporeas vires quum Divinæ Gubernationi totas committere jubeat earundem natura, ut §. 2. breviter exposuimus, quanto majori jure intellectuales facultates, & quoad originem suam & sustentationis modum, ad Divini Spiritus incomprehensibilem efficientiam referantur; nec plane inauditam sapientioribus ex gentilismo hanc quidem doctrinam, quamquam multis obsitam superstitionis tenebris, revelationis autem ope, nominatim per Christum vindicatam ac restitutam fuisse videmus. Concernebat vero Divini adjumenti promissio, quam Apostolis suis sancte dedit Ser-

vator, non modo ordinaria, verum etiam extraordinaria dona, quorum haud obscura vestigia servat historia primivæ Ecclesiæ. Quod ad præternaturales dotes attinet, nullum esse poterit dubium, easdem Divino spiritu directas fuisse; ordinarias vero illas adhucdum religionis & Divini Spiritus ope Christianis competere, constans est Sacrorum Scriptorum doctrina, ipsis humanæ naturæ haud inimica principiis, sed summa probabilitate semet commendans. Fatendum quidem est, modum ipsum, quo Divinum numen, præalentissimam agens curam humani generis, in mentem humanam agat, imperfcrutabilē esse, quis tamen inde inferret, rei veritatem in ambiguo esse (*a*). Præterquam enim quod origo omnis perfectionis primario ex Divina institutione & revelatione veniat, atque generalis virium omnium conservatio sine continuo Dei influxu ne cogitari quidem possit; adeo quoque singularis sanctissimi Divini Spiritus Gubernatio, in omnibus opportunitatibus ac vitæ eventibus humanis dirigendis satis conspicua; quare Divinæ gratiæ intima cum animi veneratione attribuamus oportet, quod salutarem doctrinam Jesu Christi multiplici modo mentibus instillare atque velut imprimere non dedignetur; quod omnino præcipuum est, in dijudicanda gratiissima Dei cura circa mentem instaurandam humanam, momentum. Res utique solatii est plena, quod ducem nobis comitemque semetipsum promiserit benignissimus generis nostri.

a) Bene & apposite LOCKE in Reasonabl. 'Twill be idle for us, who know not, how our own spirits move and act us, to ask in what manner the spirit of God shall work upon us. . . If a wise man knows how to prevail on his child, to bring him to what he desires, can we suspect, that the spirit and wisdom of God shuld fail in it, though we perceive and comprehend not the ways of his operation? Christ has promised it, who is faithfull and just, and we can not doubt of the performance.

stri sospitator, nec indignum censeat indigentias nostris adserere quovis modo, sed sic tamen ut moralis nostra natura non evertatur, aut in mechanicam transeat. Eo enim nos dicit experientia, ut facultates animi liberas sentiamus & ad multiplicem usum convertere valeamus, atrendendo, reflectendo, comparando ac ratiocinia ponderando; quum vero in ipsis humanis eventibus multa praeter spem & consilia nostra, Deo sic omnia moderante, contingere fateamur, in rebus ergo religionem spectantibus, quis est qui statum suum ita disponere, admiracula omnia excogitare & successum sibi spondere proprio posse instituto, ut peculiarem Divinæ sapientiae modum in constituenda sua perfectione non agnoscat? Rerum in sensu nostros agentium praescribere vel immutare ordinem, opportunitates ac occasiones, quibus ad notitiam salutis & morum emendationem impellimur, definire, non est humanæ artis, sed Divinæ Gubernationis. Immo qui in ipsis adminiculis, sanctitatem adjuvantibus omnem, virtutum suarum tenuitatis conscientia sanctissimi Divini spiritus non admiretur instituta, vulgaris ingenii ac phantasia humanæ viribus longe superiora, ingratissimus profecto esse. Caveamus vero sollicite, ne quosvis imaginationis lusus, aut pia quævis desideria & cogitata immediate ad Deum referamus, vel peculiarem fingamus Divinæ religionis vim, morali nostræ naturæ repugnantem, quod Fanatici & entusiasmo correptis saepius arrisit, multaque incommoda pariter ac opprobria Christiano peperit nomine. Satis est ex revelatione ipsa Divina, quæ fundamentum fidei sternit certissimum, edoceri, Deum, a quo omnis nostra vita ipsaque haec, qua ornati sumus, moralis natura, pendet, prætentissimum atque efficacissimum esse in sustentandis non modo facultatibus nostris nobilissimis, verum etiam in libertate nostra reflectenda, moderanda & per infinitas fere humanæ vitæ occasions eventuumque anfractus varios dirigenda.

Quan-

Quantum hæc utilissima veritas habeat momenti ad omnem moralem restorationem perfectionemve accelerandam, definiri explicite nequit. Hinc vero exortetur gratissimus Divinæ bonitatis, familiaritatis, pariter ac modestiæ Christianæ sensus, sine quo pietas nec vera esse poterit nec stabilis; Hinc precum necessitatem & devotionis premium dimetiri licebit; nam temere adjutorium Divini Spiritus efflagitarent mortales, nisi verum esset, Deum omnia ad eorum salutem pertinentia moderari, immo frustra essent, qui Divina gratia frui optarent, nisi ipsis a Deo stimuli sanctitatis adderentur certissimi.

§. XVI.

Quod ultimum demum in hac fragilitate vitæ experimur omnes desiderium, quodque animum, ærumnis exantlatum, tantopere refocillare cernitur solarium, ex animi perennaturo in altera vita statu, depromtum, id quidem Divinæ revelationi ac testimonio ipsius Dei jure adjudicabimus summo. Nulla quidem adhucdum fuit gens, sive cultior sive inculta & barbara, quæ non aliqualem futuri temporis sibi formaret interdum ideam, neque de uere inter sapientiores gentilium, qui elegantisimis immortalitatis encomiis denatos magni nominis viros ornarent, sibique ipsis aliquid tale sponderent obiectamentum futurum, quum incertis quondam sedibus ac viis per tenebrosum oberrarent mortuorum regnum, quod finxerant antiquiores fere omnes gentes. Fuit hæc satis antiqua fides, hæreditario quasi jure a majoribus in posteros, atque sine dubio ex Semitica stirpe primitus derivata (a). Etenim quo altius ex cana antiquitate sive

ex

(a) Whatever prejudices and errors human nature lies under, we find that either reason or tradition from our first parents has discovered to all people something in these great points, which